



Disputatio medica inauguralis de venae-sectionis usu & abusu

<https://hdl.handle.net/1874/345224>

22.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE

Venæ-Sectionis Uſu & Abuſu.

QVAM
AUSPICE, SUMMO NUMINE
Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiæ Doctoris, & Linguae Sanctæ in Illustri
Academia Ultrajectina Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicī Consensu, & Nobilissima
Facultatis MEDICÆ Decreta,

PROGRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus, Prærogativis &
Privilegiis, rite & legitime consequendis,

Publico examini subjicit

HENRICUS LIPSTORFF, LUBECENS.

Ad diem 24. JULII, hora locoque solitus.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clo Icc xciii.

R&S

DISSERTATO MEDICA
IUNKAGUAKADA

D E O,
P A T R O N I S,
C O G N A T I S,
A T Q U E
A M I C I S.



Don
Y
TRALIECTI à la Rahnw
Ex
COLLECI HAVINA, Academis
SACRUM
Typographi, ex 10c XCII.

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

Venæ-Sectionis Uſu & Abuſu.



Enæ-Section Græcis φλεbotomia, à φλεψ vena
& ſequa ſeco, dicitur, eſt emiſſio ſanguinis
per venam ſecundum longitudinem ſui con-
textus fibroſi, mediante chirurgico instru-
mento dextre adhibito, diſectam.

§. I. I.

Ne autem Herculeo & Generoſo hoc me-
dicaminis genere utentibus ſuccelus inſidus,
irritus vel inſelix obtingat, ante omnia cœco-
nomiae noſtræ, præſertim autem ſanguinis ideam & notitiam quan-
tum poſſibile claram & diſtinctam proponemus, exinde enim ſpon-
te quaſi de eijusdem Uſu & Abuſu dijudicari poterit. In hiſce au-
tem enucleandis pro anguſtia pagellarum more Academico venti-
landarum procedam, 1. inquirendo quid ſit humor, 2. quid ſit ſan-
guis, 3. in quibus vasis contineatur, 4. ejus munia & effecta in no-
ſtra maſhina. Hoc vero feliciter ut ſucceſdat, Diuinum exoramus
Numen.

§. I. I. I.

Humor eſt quodcumque corpus fluidum, ſenſus noſtrōs incur-
rens, naturaliter in ſuis vasis contentum & elaboratum. Hinc aer
eijusque ſubtiliores particulae extra humorum definitionem elimi-
nantur, quamvis ſint requiſita abſolute neceſſaria ad fluiditatem in-
ducendam, augendam & conservandam, utpote quaꝝ alibi ſuos de-
bent ortus, nomina & actiones etiam extra corporis noſtri peri-
pheriam conservantes. Spiritus etiam animales & ſi velis vitales &
naturales hiſce annumerandi veniunt, utpote ſumme mobiles vel
potius actu in motu exiſtentes, tenuiſſimi & propter ſummam ejus

A 2

ſub-

DISPUTATIO MEDICA
IN ACADEMIA
DE

**D E O,
P A T R O N I S,
C O G N A T I S,
A T Q U E
A M I C I S.**



SACRUM

DISPUTATIO MEDICA

IN AVGURALIS,

DE

Venæ-Sectionis Uſu & Abuſu.



Enæ-Section Græcis φλεbotomia, à φλεψ vena
& rima seco, dicitur, est emissio sanguinis
per venam secundum longitudinem sui con-
textus fibrosi, mediante chirurgico instru-
mento dextre adhibito, dissectam.

§. I. I.

Ne autem Herculeo & Generoso hoc me-
dicaminis genere utentibus successus infidus,
irritus vel infelix obtingat, ante omnia cœ-
nomiae nostræ, præsertim autem sanguinis ideam & notitiam quan-
tum possibile claram & distinctam proponemus, exinde enim spon-
te quasi de ejusdem Uſu & Abuſu dijudicari poterit. In hisce au-
tem enucleandis pro angustia pagellarum more Academico venti-
landarum procedam, 1. inquirendo quid sit humor, 2. quid sit san-
guis, 3. in quibus vasis contineatur, 4. ejus munia & effecta in no-
stra machina. Hoc vero feliciter ut succedat, Divinum exoramus
Numen.

§. I. I.

Humor est quodcunque corpus fluidum, sensus nostros incur-
rens, naturaliter in suis vasis contentum & elaboratum. Hinc aër
ejusque subtiliores particulae extra humorum definitionem elimi-
nantur, quamvis sint requisita absolute necessaria ad fluiditatem in-
ducendam, augendam & conservandam, utpote quæ alibi suos de-
bent ortus, nomina & actiones etiam extra corporis nostri peri-
pheriam conservantes. Spiritus etiam animales & si velis vitales &
naturales hisce annumerandi veniunt, utpote summe mobiles vel
potius actu in motu existentes, tenuissimi & propter summam ejus

A 2

sub-

DISPUTATIO MEDICA

subtilitatem insensiles, adeoque maxime activi, & secundum Anaxagoram æthereæ materiae æmuli, i. e. corpusculis sphericis congesti. Hocce vero fluidum animale qua ratione circum-rotationem particularum, ad sphericam figuram inclinationem & motum propulsivum intestinumque acquisiverit conservetque secundum naturæ semel inditas leges, illud Physicis committimus. Sufficiat nobis humorum succinctam notitiam Medicam ob oculos posuisse, nempe illorum productionem natalitias sedes obtinuisse è fluida alimentorum assumptorum parte, expressa per ventriculi contractiōnem, modificata per salivam in ore, per lympham è glandulis & suis vasculis circa ventriculum & reliquas solidas partes disseminatis propullulantem, tandemque per spiritus animales, ex nervoso genere profluentes. Hisce sua non levia adferunt auxilia aëris partes subtiliores, superficierum multitudinem & divisionem procurantes, secessum puri ab impuro facilitantes, motumque necessarium vitalem inferentes, non raro autem prout in sequentibus patet actiones & figuræ eorum nimis exaltantes vel deprimentes, manifesto subseguente vitæ nostræ incommodo.

Inter humores merito primarium sibi vindicat locum sanguis rutilante rubidine conspicuus, motu insigniori torrentis instar praeditus, naturaliter in Corde, Venis & Arteriis contentus. Unde nam originem ducat, quasnam permeet vias & quæ vasa lustret; Anatomicorum filii nos edoceant: Obiter in illud coincidunt, nomine refragante, à ventriculo ad ductus chyliferos & venam subclaviam viam patetieri in Cordis thalamos, ubi ad ulteriorem mixturam & progressum viam acquirit sat patulam per Aortam ascendentibus & descendantibus ramis instructam. Hinc irrigans alluit omnes Machinæ nostræ partes, donec ab arteriis receptus, ulteriorem commutet per venas gradum, (in copia hic illic depositis, longiore itinere etiam absumptris particulis) iterum festinat ad Cor. In hac parte nobilissima, partim novis & excellentioribus restauratis particulis, partim ope contractionis ventriculorum Cordis, ad majorem fluiditatis & exaltationis terminum evectus, pristino alacriori incedit progressu, munia sua precipue vegetativa haud segniter exequens, ubi plenisque aliis humoribus in pabulum cedidit.

三

§. V. San^a

§. V.

Sanguis igitur ex alimentis in Chylum versis elaboratus, innumeris instruitur particulis mole & figura differentibus: In hoc enim tanquam in Oceano nostri microcosmi, continentur omnia corpuscula tam solidis quam fluidis dicata, revolutioneque perpetua in hunc defluunt quivis humores, rivulis nempe minimis in mare immensum decidentibus, ut miscela & motu non intermissis, vitam sustentent sensitivam & vegetativam nostræ machinæ. Ex illo fonte vasto, postmodum hauriuntur reliqua, humores diversos constituentia; haec autem quomodo sicut breviter percurrere libet. In sanguine congestæ particulae, nec arcto nec indissolubili junguntur nexus, sed in quavis vias & infinitas ramifications propulsus, ubique his aut illis particulis convenientes repperit poros & tubulos, in quos sese insinuantes, ab aliis secernuntur particulae, inque cannulas seu ductus proprios deponuntur, ubi pro porrumb aut tubulorum diversa constitutione, diversi etiam producuntur humores. Sic Spiritus Animales in cerebro & nervis consiciuntur, Lympha in glandulis & vasibus lymphaticis, Bilia in vesicula fellea, vasculis biliaribus, in hepate disseminatis, Semen in suis vasibus & testiculis, Urina in renibus & ureteribus &c. producuntur; hi omnes succi colore, consistentia aliisque attributis externis differentes, concurrunt ad individui conservationem, ita ut uno deficiente aut redundante, iliada prosiliant malorum.

§. VI.

Humorum effecta naturalia præcipua sunt primo Communicationem totius Machinæ in omnibus & singulis ejus partibus sartam tenuam conservare, ita ut hoc motu ima summis respondeant, & quasi vinculis illis fluidis combinata unam ducant vitam; eo beatiorem quo æqualiori progressu & magis rita mixtura instructa sese offerant, secundo, loco particularum depauperatarum, novam materiam suppeditare inque locum consumptæ substituere; corpus enim animale continuè decrescit, hinc ut augeatur iterum continuè quoque opus habet. Tertio subsidentiam vasorum & tubulorum præcavere, ad liberam respirationem & diaphoresin obtinendam tanto pere necessariam ad functiones omnes ritè & legitimè exequendas. Quarto sensum ut & integrum motum ipsius Machinæ hydraulico-pneumaticæ retinere in statu integro. Hæc phænomena indefinien-

ter sese offerunt, quamdiu corpus in perfecta sanitate conservatur, humores nec excessu, nec defectu nec figura alterati cernuntur, sanguis debite instructus omnibus moleculis & corpus cum exsisterit, vasa sat patula & pervia remanserint, facultatibus & functionibus suis gaudentia motibusque naturalibus auscultantia, secus autem ubi advenerit, omnia metuenda suspiciendaque.

§. V I I.

Humoribus naturaliter in suo ortu & statu consideratis, pergo ulterius ad causas & effecta motus eorundem. Omne corpus ab alio moveri extra dubium est, hinc omne fluidum in nostro corpore contentum ab aliis prementibus & propellentibus corporibus de loco in locum cogi, absolute statuo: Hæc vel ab extra accedunt, vel ab internis dependent particulis mobilissimis, cui motui etiam non minimam præbet ansam vasorum contractio & dilatatio.

§. V I I I.

Externa motum primarium præbentia, sunt aëris partes subtiles, omniaque igneo vigore instructa aut eundem accelerantia, ut ignis vulgaris, exercitia vehementiora, balnea, frictiones violentæ, angustationes vasorum &c, Hæc suo jure utentia, sanguinem & humores premunt & penetrant, corpusculaque ferocius percellunt. Hinc calidiori existente cœlo rarer humorum consistentia, motus vivacior, effluvia multiplicata, & per consequens jactura major particularum observatur, totumque corpus tumidius cernitur. Ignis & frictiones sensum manifestum calor, rutilantem rubedinem, sudores copiosos & spirituum agitationem auctam inducunt. Exercititia aërem circumfluum agitantia, per inspirationem admissam copiosorem, & pressiones majores vasorum agitatorum, ipsos humores & præcipue sanguinem exæstuare faciunt. Idem sentiendum de balneis cutis poros dilatantibus, excretionem lymphæ serique in glandulis subcutaneis vasculisque minimis lymphaticis contenti stimulantibus, unde reliqua vasa suos ad loca exinanita deferentia succos, tandem in motum concitatiorem trahunt omnes corporis humores.

§. I X.

Internæ particulae sunt ea quæ sunt minimæ molis, & quæ sunt figuræ sphericæ & acutæ. Inter minimas merito halitus recenti,

sendi , ex alimentis in ventriculo degentibus , motu intestino laborantibus & inter sese collectantibus , producti per totum corpus sese dispergentes , spiritusque ex tempore quasi refocillantes , calorem nativum illico saepius restituentes & motum imminentem de novo quasi redintegrantes , ut patet in fame & frigore correptis . Spiritus in Cerebro & nervoso genere hospitantes , focum caloris sibi proprium videntur vendicare , utpote quorum nutu & influxu omnis machina viget & calet ; eorum enim ope quis neget cordis munia fervido motu absolvit ? sphericæ particulae , præsertim in oleosa sanguinis parte nidulantes , non minimum constituant focum igneum , nam in iisdem Biolychnium nostrum latitat , quo mediante sarta rectaque perstat nostra Machina . Haec enim partes circumrotationi aptissimæ , facile de loco in locum cedunt , una secum abripientes quævis corpora majoris molis obvia , quæ hoc modo tandem in minutias atteruntur , & figure alterationes subeunt . Biliose particulae etiam jure merito ob oleaginositatem , hunc sibi vendicant locum & effectum , quippe earum auxilio exaltationes variae & motus saepius feroce in apricum prodeunt , ut passim in morbis acutis obvium venit .

§. X.

Angustia vasorum compensanda motus celeritate humorum illicet vi à tergo intrusorum non prætereunda , exinde enim plerique manifesta inflammationis signa petuntur . Hic quid incuses parum refert , redundantiam nempe humidi prementis & arietantis , vel ipsarum viarum compressionem , ita ut sufficienter dilatari nequeant , inidonea postmodum receptacula fluidorum violenter dehinc ibidem vias sibi struentium . Hinc corpuscula motu sibi arctius incumbentia elasticas acutasque in actum reducunt particulas , fibrillas nerveas , post abrasionem muci vasorum denudatas , sensibili modo afficiunt , & spirituum per oscula nimis posthac hiantia influentiam promovent : Sensus dein acuti , tristes & dolorifici in parte inflammata exsurgunt , turbæ excitantur in sanguine ab effluviis & miscelis corpusculorum acrum male figuratorum , tandemque totum corpus ad motum igneum convertitur , sese manifestantem per Erysipelas , Phlegmone , Febres , Vigilias , Deliria , sitim inexplebilem , Ruborem , Dolorem acutum punctorum &c . Tamdiu autem perse-

IIIIZ. 2

verare

DISPUTATIO MEDICIA

verare observantur omnia recensita symptomata , donec aut vasa depleantur , aut ab heterogeneis particulis liberentur , aut discontinuationem contextus fibrosi ipsa permiserint , quod summopere præcaveri debet à Medico prudenti , ut & ne ipsi humores vappescant , corruptanturve , situm aut acredinem lethiferam concipientes , ut in Gangræna Sphacelo &c. fieri solet.

§. X I.

Redundantia humorum , præsertim vero sanguinis Plethora dicta , præcedentibus etiam annumeranda. Luxurians enim Chylus è ventriculo optime constituto delatus in massam sanguinis , ejus copiam & abundantiam in vasis confert , unde distensa premunt subiacentes nervos , vasa lymphatica , membranas , tendines &c. diaphragmatis motui aliquo modo resistunt , thoracis dilatationem impediunt plurimorumque symptomatum causa existunt : inde insuper vasorum nimis extenorum rupture metuendæ , viriumque debilitationes suspiciendæ veniunt , nisi dextre illud præcaveatur. Ubi cunque enim sanguis aut rarer aut copiosior animadversus fuerit , statim vel hospitari ibidem peregrina corpuscula , vel provenient uberrimum laudati , nimis autem prædominantis & vasa repletis sanguinis , ut & ferocientium spirituum peccare audacter pronunciat Medicus experientissimus.

§. X I I.

Succincta & brevis præcedens enucleatio nos sensim deducit ad differentias motus sanguinis omniumque fluidorum nostrum corpus occupantium. Motus aut est naturalis , aut præternaturalis sive potius contra naturam. Naturalis dependet à bona figura & mole corpusculorum motorum , convenientium nostræ Machinæ ejusque legibus , unde dicuntur homogeneæ particulæ. Hæc adaptatio figuræ & molis respicit vasa maxima & minima , per quæ non interrupto cursu transitum liberum obtinent humores , in majores & minores superficies disponendi , secundum canalium , majorum & ramificationum etiam exilitate visum fere super fugientium , cavitates varias. Hinc si vasorum subsidentia vel approximatio cursum illum seu motum progressivum alterayerit , aut si ordo , nexus & moles humorum fuerint inversi , aut si amplius spatium tumidi & luxuriosi humores requisiverint , ex tempore instabilis se se prodit fluidorum natura , transeuntium ad malignas naturæ nostræ heterogeneas particulas.

§. XIII.

I N A U G U R A L I S.

§. X I I I.

Angustatio enim vasorum inflammationem profert, saltem quamdiu vegeti adhuc existunt humores celerius per colla arctiora propellendi. Inflammatio debetur salinis acribus particulis, vehementius circa mutuas superficies sece excentibus, per attritiones & circumrotationes vehementiores aliorum corporum subtiliorum, vi sibi vias parantium; ipsa densiora corpora concurtiuntur, decutuntur tamdiu, donec nexum & situm amittant pristinum. Inversio vero figuræ corporeæ, mutatam immediate emergere facit actionem. Corpora enim fortius ad se mutuo pressa, superficies miris afficiunt modis, prout nempe aspera, plana, æqualis, inæqualis, longa, rotunda, densa, rara &c. fuerit textura & superficies. Sic ubi constantior extiterit molis corporeæ extensio, per catervas aliorum corporum pergens, instar fermenti rapidissimi agit, ad nutum suum quævis obvia disponens, crasin humorum infinite alterans; ut patet in morbis malignis, febribus, inflammationibus, venenis acribus &c. strages horrendas exhibentibus. Inconstantia fluidorum nulla in re æque se prodit quam in stagnatione etiam leviori, seviunt enim perpetuo in mutuas superficies, quas deradunt, perterebrant, imo totaliter destruunt, nisi motu liberiori propulsivo instructa à nimis diu continuatis ictibus solvantur. Patet hoc in omnibus compositis fluidis aquosis diutius retentis, inde enim natum proverbium, putrescant, ni moveantur aquæ. Addendum hisce incommodum non minimi ponderis, respirationis difficultas à vasorum repletione orta: Hinc enim ventilatio interpellatur, refrigeria consueta pro magna parte cessant, halituum exoneratio minor & propulsio levior naturali observantur, unde anhelare quasi semianimes calore inconsueto correpti coguntur, particulæque ad motum intestinum magis disponuntur, in ruinam ægri conspirantes.

§. X I V.

Incommoda è motu violentiori procedentia, tot ac tanta sunt, ut integrum tractatum ad plenariam elucidationem expostularent. Sufficiat hic tantum revocasse præcipua superius commemorata, ut ad medelam generaliorem mihi propositam me accingam. Ut corpus calorem concipiat, debet aëreas, elasticas, acutas &c. admittere particulas, debet angustioribus terminis coërceri, debet

B

celer-

10 DISPUTATIO MEDICA

celerrime propelli, debet ad validas attritiones cogi, debet in variis moleculas acres &c. diripi, figura motu & numero differentes. Hæc requisita quamdiu in mobili vigore perstant, tamdiu effecta visuntur integra, nempe totius corporis exæstatio solito major, rubedo externa cum levi intumescientia cutis, dolor exquisitus circa nervosum genus, vigilæ, inflammationes harum aut illarum partium solidarum, Febriles insultus & morbi acuti. Hisce quomodo adversari conveniat, sequentia docebunt.

§. X V.

Contraria contraris curari pluri mi pronunciant Medici, ideoque generale remedium ex adverso huic motui fervido oppositum excogitandum venit. Certum est è supra dictis, calorem præternaturalem in nobis oriri à nimia pressione aëris incumbentis & approximatione arctiori superficierum se invicem tangentium, fricantium diutiusque alterantium, spicula salina è claustris suis evehentium &c. Ubi igitur illa tollitur gravitas incumbentis oneris superficialis, cessat reactio violenta ignea corporum, ob aëris humidioris interventum superficiem à superficie secernentis, dein placidiori propulsione instruendorum. Ante hac vero aëri ingressus liberior negatus, vi elastica, premens superficiem extimam fortius illam ad reliquas adigebat, (uti hoc patet ex omnibus experimentis de gravitate & elasticitate aëris desumptis) pondus onerosum inducens suo incubitu, nunc autem tantum de pondere & densitate detrahit, quantum de illo admittitur inter singulas superficies. Aëris igitur liberior admisso intra tubulos absolute necessaria ad raritatem obtinendam, ejusque facilior influxus ab omni parte tanto magis exoptandus, ut ejus ope independentia conservetur, & divisibilitas superficiecularum, quibusvis poris & vasculis accommodandarum.

§. X V I.

Venæ Sectionem sanguinis emissionem procurans huic scopo inservire nemo inficias ibit, quicunque accuratius perpenderit, nullum dari vacuum, sed in locum partis crassioris succedere tenuiores exiliorisque molis particulas, liberius postmodum illud corpus lustrantes & permeantes. Nil autem facilius locum occupare potest, quam aër ejusque partes subtiliores, unde in evacuati corporis nidos ruit incumbens aëris, spatiola exinanita replens. Di-

cere

cere quis posset hic contradictionem foveri, nempe si aër vacuum iterum suppleat locum, pristina repletio permaneret, adeoque præcedens incommodum non tolleretur. Verum respondeo hanc repletionem multum differre à præcedenti, in hac enim diffunditur fluidum in vasa leviter evacuata ore hiante aërem in gremium suum excipiens & admittens, unde minor resultat densitas, corpusculaque magis divisa per intermedium aërem minus se invicem afficeri permittuntur, fluctuatione illius acriores impetus eludente. Addo quod flexibilia & mollia magis evadant corpora, antehac per compressionem rigidiora minus cedentia reddita.

§. XVII.

Alterum incommodum tollendum in Calido motu, est sensitio nimis dolorifica, vigilias & reliqua incomoda adducens. Hoc autem unice dependet à nimia nervearum fibrarum tensione & vellicatione à rigidis acutis particulis producta. Imo cum dilatationi locus non conceditur sufficiens, omnes & singulæ partes vix ac ne vix quidem muniis ullis funguntur nisi ad propriam dilacerationem funestam tendentibus. Siccora enim evadunt membra acuto sensu prædicta, humido aquo sufflaminato, particulæ acres suo jure utuntur, Spiritus concitant, cerebrum distensum reservant, somnum profligant &c. hinc per consequens quod caret alterna requie, durabile non est. Hisce accedunt excrementa diutius retenta, acerri- mæ putredinis notas haud raro inferentia.

§. XVIII.

Depletio vasorum sanguiferorum, miris modis omnibus his phe- nomenis satisfacit. Ubi enim sanguis detrahitur, multum acris ma- teriæ expellitur una cum sanguine, fortior succedit respiratio, insensibiliter exonerans halitus feroce, vasa magis contrahi & dilatari liberius queunt, ad expulsionem fœculentiorum obtainendam & elaborationem succi congrui acquirendam. Ex quibus sequitur pleraque saltem symptomata mitigari aut tolli ope Venæ-Sectionis, in plurimis si non omnibus morbis calidis, modo caute & circum- specte adhibeatur, alias enim gladium furenti commiseris.

§. XIX.

Observanda in Venæ-Sectione sunt plurima, antequam pretiosissimus vitæ Thesaurus exhauriatur. Primo ut vires ægri sufficien- tes adsint, ne inter sanguinis detractionem anima fugam petat su-

um hospitem deserens. Secundo malignitas materiae peccantis est examinanda, ne liberius vagans, ad partes principes deferatur, nunc ignobiliores obsidens: Ideoque praestat venam secare in principio morbi antequam fixiores sedes occupaverit materia, ad malignam inibi figuram ulterius deflectens. Tertio aëris constitutio expendenda, si enim pestiferus & contagiosus, non facile Venæ-sectionem permittit sine noxio ingressu ejusdem. Quarto tempestates anni & regionum diversitates sunt dijudicandæ: Sunt enim calidæ & moderatæ tempestates magis dicatae venæ-sectioni, quam nimis frigidæ & humidæ, utpote virium dejectiones & refrigeria nimia conciliantes. Quinto partes corporis affectæ dilucide cognoscendæ, omnes enim morbi caput & Thoracem afficientes optime venæ-sectione curantur, ut Inflammationes Meningum, Angina, Pleuritis, Peripneumonia &c. omniaque deliria, tam meticuloſa quam furibunda, aut saltem per eam potior via ad curam sternitur. Sexto processus morbi est judiciose trutinandus: Sic in principio prævenimus morbi saevitiam, in augmento ejus malignitatem, in statu haud temere aliquod corpus venæ-sectioni committendum, nisi vires & motus illud designent ut eo citius ad declinationem tendat morbus. Sic in Febribus remissionis aut intermissionis tempus est arripiendum tanquam venæ-sectioni maxime accommodum.

§. X. X.

Hæc medela etiam instituenda ubi Plethora vasa & vires delassat, imo in tali casu reiterari poterit, ut sensim depleteantur vasa, aura aërea imprægnanda, pondera graviorum exoneranda. Ubi sanguis hic illic gravior constiterit minitans plenariam extravasationem, admodum conducit Venæ-sectio, ad pristinam fluiditatem, revocans eundem & vasorum molestiam tollens. Tempus matutinum & vernale commodissimum Venæ-sectioni existit, nisi morbi vehementia illud expectandum dissuaserit. v. g. Ubi fervor nimius, inflammations partium, Febres continuae & intermittentes calidores, vigiliae nimiae &c. ægrum molestaverint; ubi doloris vehementia spiritus nimis irritat ad torridos motus, convulsiones & deliria adferentes.

§. X. X. I.

Venæ-sectio distinguitur in Evacuatoriam, ubi mere intendimus sangu-

sanguinis copiam imminuere, verbi gratia ut in Plethora: Derivatoriam , ubi à summa ad imam partem vel contra Medicus satagit humores deducere à loco scilicet affectio illos distrahendo , ut in mensibus obstructis &c Revulsoriam , ubi in partem oppositam sanguinem, per venam ibidem disiectam , deferre , aut saltem ab illo loco amandare desiderat , ægroti curam instituens ut in Pleuritide &c, Quamvis hisce distinctionibus & nominibus pertinacius non innitar , sufficiunt enim præcedentes intentiones generales Medicæ , quibus addere licet eandem eo majoris usus futuram, si quam proxime ad partem affectam institui posit . hoc enim morto ad motum & divortium constituuntur particulæ acres.

§. X X I I.

Disectio venarum in plerisque cute objectis fieri potest , modo sufficienter obviae & conspicuae sint , turgidulæque appareant. Ut plurimum autem aperiuntur vena frontis , vena temporalis , vena sublingualis ranina dicta , jugularis externa (sunt qui non lubentia hanc secant , quod nimis magna esset , sed videre hoc saltem est in Canibus quod jugularis interna minor , externa vero major , in homine vero contrarium invenitur , ideoque eam secare licet) vena basilica in brachio mediana & cephalica , in manu salvetalla , in pede saphena & ischiadica. Has omnes dignoscere licet aut visu aut tactu , quem in finem manu calente membrum tam ante quam post deligationem aliquoties fricitur , vel si illa minor sit , aut profundius lateat , aquæ calidæ idem immergatur , aut spongia calida foveatur , unde venæ intumescunt. Vinculum autem injiciatur ita , ut venæ-sectionis punctum illo à corde remotius sit , quo sanguis per venas refluus , repagulo quasi hoc interceptus , venam magis distendat , quod in venarum jugularium aliarumque capitis sectione , mantili collum leviter constringente perficitur. In lori interim applicatione cavendum primo , ne cutis venæ superinstrata sursum ut communiter fieri solet , nec quovis modo extra situm naturalem protrahatur , nam leviter saltem laxata fascia , redit illa statim ad locum pristinum , & venæ-vulnus occludit , indeque sanguinis effluxus impeditur , & coagulatio siue trombosis exitatur. Secundo ipsius lori constrictio , haud arcta nimis sit , in corporibus potissimum gracilibus , quippe hoc facile comprimerentur arteriæ per quas nihilominus sanguis affuit ; pariter

justo laxior potissimum in subjectis crassioribus, aut venam non satis continet, aut ob renitentiam muscularum ac pingedinis venam non sufficienter comprimento, refluxum sanguinis magis inhibet. hinc dignotio & sectio venæ difficilior redditur, ac eductio sanguinis turbatur.

§. XX XI I I.

Quantitas detrahendi sanguinis vix determinari potest, quoniam ad morbum & vires respicere cogitur Medicus prudens: Ponds autem rarius excedat una vice libram unam, nisi urgente summa necessitate. Repetitæ venæsectiones etiam admodum frequentes esse non debent, ne vires prostrantur. Delirantes vero in genere venæsectionem frequentem facilius sine magna virium jaætura sustinent, quam reliqui, exceptis Plethoraicis & iis, quibus consuetudo venam aperiendi invaluit.

§. XX I V.

Tradito sic venæsectionis Usu, ad ejus Abusum ulterius me consero, qui tam frequens est, ut & apud Germanos in commune abiit proverbium, dicentes, ubi hominem sine præmeditato consilio aut ratione exabrupto aliquid incipere vident; Es kommt ihm an wie denen Baaren das Aderlassen. Hic præsertim consideranda veniunt in prioribus Thesibus tradita de sanguine & humoribus, ut & aëris effecta, quibus addi convenient intentiones Medicæ venam aperiendam indicantes. Sanguinem esse internum fluentum maximum nostri microcosmi, continens innumeras particulas, economiae nostræ sustinendæ destinatas, dein huic è vicinis vasis communicari tam spiritus quam alias humores, sensui, motui & vegetationi corporis inservientes, deteximus. Hinc facile liquet, per sanguinis emissionem, non putum putum sanguinem, sed etiam spiritus, Chylum, particulasque balsamicas evacuari.

§. XX V.

Aërem humidorem post venæsectionem insinuatum, ob ejus interventum, ventilationi liberiori inservire, pronunciavimus. Is autem copiosius admissus, calorem extinguit, spiritus sufflaminat, sanguinem ad acorem perducit, viscerumque tonum debilitat. Hoc patet in penuria sanguinis, & immediate post venæsectionem, ubi ægri sive horripilatione & frigore corripiuntur, animi deliquii infestantur, hæmorrhoidibus divexitur, ad alvi secessum & vomitum

mitum stimulantur, pallidi redduntur &c. Ideoque caute procedendum, ne interiora nimis vacua reddita, succo balsamico potiori preventnr, aërisque injuriis tota machina objiciatur destruenda. Quod satis liquet in dolis pro maxima parte vacuis, in quibus contenta fluida citissime aescunt aut vappescunt, per aërem particulas ibidem alterantem, & ad alium situm vel ordinem disponentem. Hoc eo magis patefit, ubi liquores in exanthlato vase contenti, corruptioni diutissime resistunt, ob aërem exhaustum, ut demonstrant experimenta per anthliam pneumaticam desumpta.

§. XXV I.

In excessu admissa phlebotomia etiam mollem subsidentiam latерum permittit, omnem tonum labefactat, unde propulsivus motus per contractionem & dilatationem cavitatum festinans pro magna parte ceslat, vibrationes & irradiationes spirituum retardantur, tandemque omnes functiones languescunt, prætorpore, flacciditate & corrugatione vasorum. In locum autem succedunt ē ventriculo to cbiidlea rudior Chylus, acidæ, aquosæ particulæ simul austerae & terrestres, Cachexiam, Hydropem & id genus morbos Chronicos in scenam tragicam proferentes.

§. XXV II.

E datis sufficienter patet morbos frigidos Chronicos & longos tardo pede procedentes, venæsectionem aut rarius requirere, aut omnino respuere; Regiones Septentrionales præ Meridionalibus illam curam difficilius permettere, multo minus reiterationes frequentes concedere ob magis crassum & scorbuticum aërem: Pestifero tempore, ob subitam virilim prostrationem & malignitatem cordi facilius communicantem, nunquam autraro vena secanda. Idem sentiendum in Ulceribus malignis & inflammationibus acroribus, diutius pedem fixiorem prementibus, nisi symptomata necessitent, multo minus in languido & enervi corpore illa est tentanda. Qæ ut spero sufficiente Benevolo lectori circa Usus & Abusum. Medelæ tantopere decantatae. Faxit Deus T. O. M. ut nunquam cruenter immittamus nostræ curæ commissis ægris manus, militem non Medicum sic agentes, ne illa repetuadarum lex strenua, internam provocet conscientiam, sanguinem temere fudisti, sanguine proprio libandum.

G I N I F

CO-

COROLLARIA.

Venæ-sectio semper debilitat & depauperat sanguinem.

I I.

Attamen Phlebotomia absolute est necessaria in Medicina.

I I I.

In morbis frigidis instituta venæ-sectio, balsamum ritæ nostræ fluidum tollit, relinquendo solidiorem in statum versas particulas, obstructionis authores.

I V.

In morbis calidis repetitæ venæ-sectiones enervant & rappescere cogunt humores, postmodum morbis chronicis fundamenta sternentes.

V.

In venæsectione sanguis varius non educitur.

V I.

Per venæ-sectionem sanguis qua sanguis non mutatur.

V I I.

Materia peccans ope venæ-sectionis nunquam tollitur.

V I I I.

An Hæmorrhagia & Hæmoptysi venæ-sectio sæpius iterata conducat, Problema esto.

F I N I S.